...us

... P. Dux

Stefanski Andreas: Patrona virtus D[ivi] Martyris Stanislai, Ep. Crac. – Stanislao Koniecpolski – Domino et patrono favendissimo [?] pie offert

PATRONA VIRTVS,

DIVI MARTYRIS,

STANISLAI EPISCOPI CRACOVIENSIS,

Patroni & Indigetis Regni Pol: gloriosi.

ILLVSTRISSIMO ET FORTISsimo Hectori Sarmatiæ, Domino,

D. STANISLAO A KONIECPOLE KONIECPOLSKI,

Generali exercituum Regni Pol: Duci, Castellano Cracouiẽ: Barensi, Buscensi, Kouelensi, Pereaslauien: &c. &c. Capitaneo.

Domino & Patrono fauentissimo sese offert.

Quam annua festi die.

M. ANDREAS STEPHANSKI, Collegij Brodensis Profes: in Maior: submissionis & obseruantiæ gratiam publico edidit scripto.

CRACOVIÆ.

In Officina Martini Philipowski, Anno 1642.

IN INSIGNE *ILLVSTRISSIMI ET MVNIFICENTISSIMI PATRONI.*

SONVS TERREBIT.



PONDVS CALGABIT.

Thrax soleam paueat, Ducis alma potentia namq;
Fortiter insistit: Dux metuendus equo
Quid mea suadebit, tandem resonare Camœna,
Magnanimæ laudis, digna Trophea loqui.
Bistonios calgauit agros, pede præcoce, Lunæ
Thracis & Ecclypsim, fecit in orbe grauem.
Suspice prognosim, teter Solimanne fidelem,
Occidet ad soleæ, Thracia Luna Crucem.

ILLVSTRISSIMO
DOMINO,
D. STANISLAO
A KONIECPOLE KONIECPOLSKI.
Generali Exercituum Regni Poloniæ Duci, Castellano Cracouiensi, Barensi, Buscensi, Kouelensi, Pereaslauiensi, &c. &c. Capitaneo.

Domino & Patrono fauentissimo salutem & omnem prosperitatem intimè precatur.

VIctricis dexteræ, animosa virtus triumphat Illustrissime Domine, dum Heroicæ potentiæ, fortissimum Diui STANISLAI Martyris, & Indigetis Poloniæ Patrocinium, strenuam desuper instillat opem, Generoséq; pectori, infractum suppeditat robur. Insigne Excellentium belli Athletarum nomen, fortiumq; Herculeo animo virorum gloria, infinitas etiam laudum, & Encomiorum passim vendicet partes, non illorum tamen grandi operæ, sed diuino plus tribuendum esse ductui: etenim id, quod humani negotij præstitit opus, mortalem frequenter retulit memoriam: at verò, cuius totum illud effectum substitit adminiculo? Supremæ citra omne dubium potentiæ, nemo audebit inficiari. Diu rum quoq; superonæ Curiæ Cælitum, quæ cura & solicitudo, in hoc sublunari terrarum ambitu circa mortale genus obuersatur oro? nonnè per ipsos, cellerrimo Altissimi nutu, nostris viribus dari suppetias, & conferri suffra-

 gia, diurno

gia diurno experimento probantes, censemus. Et quia Sarmatici Patroni, singulare nomen, cœlesti sanè voto, ac beata sorte, Tuo Heroico animo Illustrißime obtigit, non est opus quod ambigamus, quin eodem semper, festiuè glorieris: etenim in aßiduo ferocis Bellonæ conflictu, ipsius sancta interuentione, sexcentas pene acri Marte toleraueris belli acies, & hostium innumeras, strenuè fuderis copias. Adest inuicta, potentis virtus Achyllis, probatißimo Tuo inter acerrima prælia pectori, adest strenua animositas, inter plurima vitæ discrimina infracti Vlyßis, adest insuper bellicosi magnanima potentia Paridis, adeoq; ea omnia, Tuum animi splendorem venustant, vt non immeritò dignum, & hercle conueniens Tuo Titulo, Diuus STANISLAVS indiderit nomen. STANS etenim LAVS, sub frigido Aquilonis cœlo, Tuo Clarißimo Nomini Magnanime Heros, se comitem in præliantium militum duella, præsto tibi offert, vt cuius immortali gloria, enitere pulchrum sit, ita & eadem peregrè, per dißitas terrarum Prouincias, eminere plusquam laudabile esse videatur. Annua hæc quapropter, Gloriosi Antistitis solennitas festiuum diem cum omnium applausu, & gratulatione celebret, & insigni splendori, Illustrißimæ Prosapiæ KONIECPOLSCIORVM inextinctum superaddat honoris perpetui iubar: hoc idem vniuersi vbiq;, & teneræ Brodenses Musæ, vnanimi Voto apprecantur. Viue interim, felicißime pilios in annos. Datum Brodii, vltima April.

Tuæ Illustriß: Dominationi,

Subiectißimus

M. Andreas Stephan:
Min: Colleg: Brod:
Profes.

INTIMA PREX VOTI,

Martyris excellens, florescat gloria Diui
STANISLAI.

LVmen Mysta sacer, polare præfer S,
V erno Phosporus, vt die renide T,
X anthi purpurat, ac genis profund A.
S plendescit rutila, celebre Nome N,
A rctoi face, subter astra cœl I.
C um STANSLAE sacrate Martyr arde S.
R egno Sarmatico, verende Præsu L,
A strorum solio, sonat celeusm A,
D iuini Tibi, dulcius Triumph I,
I nter cælituum, stupenda sistr A,
V irtutum Tua fax, recondat id, quo D
I nstillat superi, Tonantis vs V,
M agni qui Ducis, arma mota Mart E,
A ccendis; Scythicumq; cædis agme N,
R egni limitibus, præesto, nostr I,
T urcarumq; manus, retunde, nosça T
I mmensi graue robur, Apher exu L,

 Robu-

Robuſtamq; manum regas Polon Æ
Inter prælia copiæ, ducis ſte T
Soſpes pectus, in arma vi gerend A

S T A N S, L A V S.

Gloria Victoris, Campiduciſq; micet.

SIdonio claret multum, Toga picta rubor E
T inxit in hoſtili, quoties Dux ſanguine bella X
A c quoties Arimaſporum, tulit agmina Mart E
N auiter auxiliando, KONIECPOLSCIVS ardo R
I nſtitit in Geticam, toties vim milite; done C
S anguinei fuſo, ſtillarent pectore riu I.
L unatas acies, ſubmotis viribus vrſi T,
A rmigeraſq; manus, preſsit multipli ce niſ V,
V ulturibuſq; cadauera liquit, & hoſtica cæt V,
S ithonium fundens, campis ſuper arma furore M.
K ONIECPOLSCIADVM quot Heros, præſētat imaGo.
O rbe parente Poloni nominis, his quot ineſſ E
N aturæ remicans, cultæ bona cernito Tita N,
I nſignes animi dotes, nomenq; celebr E.
E xaltat Genij, Generoſo pectore robu R,
C ampiducem ſiquidem, moderatū Principe vit A,

Præci-

Præcinet Aonidum per dulcia metra Chorus, Po L
O ccentumq; ferent, modulamine quippè recent I
Lechiadum Generose Camille, retundito casu S,
Sors tulerit quales; sensu perceperis illu D
Consilium Diuus, forti Patronus in aus V
Ingeret, vt laudum semper tibi gloria sit mer X.

GLORIOSA VIRTVS DVCVM.

Ducis in Consilio posita est virtus militum
Publ: Syrius: Mimus.

THespiadum firmata cohors virtute triumpha,
Gloria magnanimæ stat *Koniecpolscia* mentis
Grauidiq; potens robur docilisq; Mineruæ
Fama vago paßim rutilat non obuia cursu
Sed super æthereo fundat Ioue Nomen honorum,
Ante Ducum numerosa phalanx deceßit ad Arcton
Subter Hyperborei motu præstantior astri
Non aderat precio mens tolli forsan vtroq;
Magnificam Laudem Tantorum credo virorum,
Lechiadum surgens breuiori nupera sæclo
Fama; sed huic velox, pennarum defuit ordo

Quomi-

Quominus algentes Boreæ peragrasse Triones,
Porrectâ potuisset origine, quæ fuit isthinc
Nec potis armatæ, præcellere Palladis agmen,
Nec Martis valuit, destinguere bella cruenti,
Quale ZAMOYSCIADVM documētum fortiter hæsit,
Cum docuit bellare sagacem, militis artem
Quod sit vtroq; vigere bono laus, MARTIS & Artis
Id comitatus opinor, KONIECPOLSCIVS Heros,
Iudicio Venerandus enim, sibi sumpsit vtrumq;
Namq; probus Cato Iudicio, Dux Scipio motu
Non semel aduersas, dirimit prior ense cohortes.
Cecropias propria virtute refecit Athenas.
BRODENSEM veluti discreuit in Arte Camœnam.
Seposuitq; lares doctos ratione Pelasga
Vt, sensus acuant teneræ, prius indole mentes.
Post modò Bellonæ solertem porgere dextram
Ritè sciant norintq; cruentos ducere lusus
Musa Polona nouum postquam molita Lycæum
Rosiadum steriles diuinis dotibus oras
Illustrauit Apollo solumq; retexit opimum
Vt laudes adeo meritas prætendat habere
Collibus haud tantū feruent, iuga summa Liburnis.
Thessalici tellus tantum neq; splendicat arui.
Et neq; Pæstani reuiret rosa scilicet horti
BRODENSES quantum fusco sub sydere Roxos
Conde-

Condecorant Musæ studio poliuntq́; nouato
Funditus agrestes exstirpant dogmate mores
Et recreant Ruthenica septa labore, diurno
Artibus excludunt tardum remouendo Booten
Pegaseosq́; pedes musis currentibus aptant
Imo rudis vigilem modo nacta Volhynia spartam
Perspicuo rerum causas speculatur ocello
Metiturq́; sua tactum ratione probandum
Principis atq; latus per Lechica castra potentis
Vt simul adspectet fundata Palæstra Quirinum
Exercere suos feruenter acinace gestus
Fonte means Helicon misit torrente fluentum
Nec modicam vocum seriem cum laude reportat
CRACIACÆ quando subsedit Filia Matri
Et gremio castum latura parentis honorem.
Vouit inexhausto dudum residere decore
Ducat Io faustum Magno Duce sospite sæclum
Et potiatur opum doctrinæ diuitis atq;
Sicelidum puram valeat prætendere mentem.
Perpolient prius vt facili Libethrides vsu
Sarmaticum formando iuuentæ pectus adultæ
Cæneus superum nectetq́; diespiter axem
Roboris Herculei subdens vim nomen Achillis
Non Ithacam comites ducet Laertius Heros

Formidare ferum qui scirent eminus hostem
Terreat Alcides quos vel trux pelle leonis
Græcus equiue si non deludat in arte dolosus
Gnara Medusæa frontem teget ægide Pallas
Firmabitq́; manus animosq; vigore probabit.
Quin Scythicis voueant præsto dare terga sagitis
Massagetasq́; procul cursu trepidare ruentes
Cornibus intensis ferientia spicula torquens
Dum Pharetratus Arabs sua tela retundit ab arcu
Aut vlulando necant Parthi post terga fugaces
Propositum docilis ratio dictabit honesti
Suadeat Hectoreis animis vt cedere nusquam
Centimanum Bryarea licet fore cominus horror
Opponatq́; ferox Athlantis viribus aucti
Arma locus Lybici terrebunt monstra nec agri
Inclyta Tyronum referent præludia sensum
Dispositis meritando studebunt degere castris
Si rationis opes dotatâ mente recondent
Promptius opposito discent hastilia ferro
Figere viq; cruentatas deferre sarissas
Scutatosq; viros præcidere fortiter armis
Sanguineam dextra prægestans vindice peltam
Non Indole Sarmaticâ primum prudentia regnet
Non graue barbaricos fiet calcare manipl os
Præduce mens soleâ Tyronum si sciat vti

Sufficiet

Sufficiet campo cor nobile ductor aperto
Hesperijs ductu rigido bellatur in oris
Et monet armatas contermina Gallia pugnas,
Itala nec virtus animoso deficit cursu,
Theutonum rabiosa cohors petit vndiq; Martem
Pannonio pariter dulcis pax exulat agro
Moschus item Turcis Azakum præripit armis
Belgica castrorum crescunt vexilla fluentum
Dispare marte tamen sueuit velut Alma Polonæ
Militiæ virtus rigidos iugulare Gelonos
Versutosq́; manu forti pulsare Liuones
Ensigeroq; silent o OThomannica prælia lusu.
Moschica vel tandem statuerunt castra precamen
Veles & Arcitenens olim sua vota spopondit
Non semel attonitis etiamnum viribus horret
Pax Aquilam forti VLADSLAO Rege Polonam
Est complexa diu tantum reuerenter & ambit
Vt Ducis imperiosa potentis cura quiescat
Nec minus Herois dictum reueretur apertum,
Ductor & excubias populo Generalis opimas,
Præstat agendo, formipotentem Morphea tuto
Hostiles, tranquillus enim vix somniat auras,
Endymionæo vigiles, custodia curas,
Non tamen obstruxit somno, præ limite Regni,
Tartaricum contra, Zelus quin suscitet agmen.

Magnanimum geſtis bona fama maritat honorē,
Hinc, iſthinc animum virtutibus erigit amplis
Vſq; ſatis phrigio ſaturetur dextra cruore,
Campiducisq́; ſitim vincendi, perferat ardor.
Fixa Therapnæi ſubſiſtunt iura Licurgi
Ablegata minis, campo præſentibus armis
Proceduntq́; mero iuris diſcrimina paſſu,
Iuſtitiæ quoniam dominatrix norma gubernat,
Caſtra: virumq́; ſcelus caſtigat, quominus orbe,
Et Rhadamantæis cedat ius legibus æquum
Dictæi rapidum Minois caſtra rigorem
Quin magis obſeruent quam fors vereantur apertē,
Cum retinent fatalia ſanguine iura Draconis
Principis excellens, virtus dum fortis & æqua,
Namq́; poteſt nodus, ſcindi bene Gordius acri
Seu gladio, ſeu prudenti ratione reſolui
Eia palæſtra nouo Brodenſem circiter axem
Adſplende radio, ſubigat nitor vndique terras,
Vſque ferax irroret, Eois partibus æther,
Trans Agamēmnonias, natus meet vſque Mycœnas
Spartacus Argolicam Roxorum pube iuuentam
Conformem vel noſſe libebit, in axe Polono,
Palladio ſiquidem Clypeo propē connitet enſis,
Virtus ſplendidiore, nitet variata colore,
Vt Tyrio rubeat, multo, plus carior oſtro,

Mœce-

Mœcenatis opus, cum laude notabile feruet,
Inde ducis sequitur, summos exercita pubes
Herculei processus roboris: atq; potentem,
Thesea spectantes, efformant semper ephæbo,
Non scelus Oebalij castos enorme Tarenti
Deliciis teneræ, diuexat in Vrbe iuuentæ,
Mores: sed potius fingit, ceu Troes in armis,
Quominus oppositos, chalibi tardare lacertos,
Attica gens posśit sternens certamine pænos,
Sauromatas natura viros, effinxit ad omne,
Militiæ facinus promptos ni forte repulsá,
Indolis egregiæ curâ studioq́; palestræ,
Ac ideo coniunxit, vtrumq; polonicus Hector.
Vkraina Ducem, male cauta Podolia fortem,
KONIECPOLSCIADEM, bello mirare stupendos,
Consilij ritus athletæ robur ahenum.
Præsidiumq́; sono gentis depsalle Polonæ,
Excubiis quando patriam tutatur & armis,
Idcirco patriam teneat post axe salutem.

MARTIA VOX DVCIS.

Ad

Teneram Mineruam & fortem Bellonam.

DVm tuba terribili, sonitu tara tantara clangit,
Pallas in armatum, fert sua castra gregem.

Ast tibi Bellonæ, requiescunt signa cruenta,
Artidocam studio, Mars venerere Deam.
Consilium robur generat, quibus eminet Heros,
Summus & est, præquo, vel minor hostis erit.

AD LABOREM

Studij vtriusq; Martis & Artis mens Patriæ.

Ode

Tricolos Tetrastrophos.

LAus orbe KONIECPOLSCIA Lechico,
Famam triumphi, plausibilem sonat,
Præfert honores, subter axem,
Sarmaticos reboans Polonum.
Famam perennem, consociabili,
Voto precantur, sicelidum Deæ,
Plauduntq; palmis, gestiuntq;,
Diuite lætitia profusæ.
Suetas rotato, gyrat in orbitas,
Cursu polorum. dum face cardines,
Flammat per axem, sol retorquēs,
Præcipites pedibus iugales.

Alter-

Alternat omnem, fax Hemisphærijs,
Lucem vagus Sol : circuit vndiq;,
Fines Horizontis, per amplos,
Clima terit proprium supernè.
Soluit diurnum, phosporus ambitum,
Die reuecta, nigricat Hesperus,
Instante Solis, principatu,
Arcticus orbis vtest, obedit.
Exordienti, dissona Fabulæ,
Semper carebit, crimine veritas,
Confundet omnem, falsitatem
Propatulo vaga, quæ pererrat.
Subtilis offert, Fama Poeseos,
Claro laboris, figmine Symbolon,
Excussa sacro, fulminantis
Namq; Iouis, cerebro minerua;
Fumat caminus dum Siculi face,
Æthnæ supernum, flamine sub Iouem
Viuasq; prunas spargit, auget
Mulciber, & cinerem sauillis.
Ceu palma grandi, nescia deprimi,
Sit pressa quamuis pondere, nititur
Sed contra in altum, germinante
Fronde grauem, superare molē.

Virenti

Virente lauro, viuus identiden,
Cortex acuto, nec riget à gelu,
Sero ſeneſcit, difficulter
Et cariem patitur vetuſtam.
Virtus laboris, taliter ingerit,
Suetam modeſto, temperiem modo,
Extollit vſum, ſpes vt æſtu,
Diluit officioſa frontem.
Torpore ſparſo, pigritiæ : labor
Modos peramplos extutit : ampliat
Captum, capaci luculentum,
In ratione : paratq; ſenſu.
Martis vel Artis, ſic docet obuios,
Quos ferre caſus, ſors cupiet mala,
Lucta potenti, è maſculatos
Laus animos, referet per orbẽ.
Non perduellis, partibus hoſtium
Afer : nec exemplo Odrijſius, cilix,
Ferro ſecabunt nec Gelonus,
propoſitum, cinerabit igni.
Lethi cicatrix, nil tamen vſpiam,
Terret potenti, robore maſculum,
Huic quippe ſubdit, ſpẽ cruẽtis,
Feruidus, vt valeat lacertis.

Præſen-

præſentis æui, Mars vbi reſpuit,
Doctam mineruæ, tangere gloriam,
Cœno ſtuporis deliteſcit,
Mente ſua quoque, fluctuatur.
Virtutis arcto, tramite gloria,
Haud permeabit, pectus vbi videt,
pauere leni, vi laboris,
Ponderibusq́; , laborioſis,
propenſioris , mens animi ſagax,
Emaſculabit, deſidiæ viros
Nec euigorabit tumentem,
Iudicij, tenuis, cateruam.
Merſum, profundo, gurgite Cynthium,
Nox deflet atro, lumine ſquallida,
Sol quando pulſas, luce nubes
Diſycit : hinc recreatur orbis.
Obſcura nox eſt, inſipientiæ,
Qua ſole claro, diſgregat inclyta,
(Eſt namq́; vaſti ſede mundi,
Fax) ſapientia lapſa cœlo.
periculoſum, nauita Boſphorum,
Scyllam , charybdim, nec metuit rati.
Sulcare cautus : puppe proram
Syrtibus admouet, & fluentem.

 Temnit

Temnit Gigantem, roboris Herculem,
Deprælıantes, militiæ greges,
Confundit audax: armiluſtros,
Reſpuit atq; viros duello.
Obſtaculorum, non timet obices,
Minas Tyranni, præterit obuias,
Si perduellem, ſpernit hoſtem,
Per Labyrinthea, clauſtra tranſit.

E P I C H A R M A.

Illuſtriſsimo Duci Exercituum.

FIne Terrarum, celebrata KONIEC,
POLSCIÆ laudis, viget inde fama,
Metra Romanis, veluti triumphis,
fundite Muſæ.
Climatis vaſti, plaga per Triones,
Mutat Auſtrales, Boreamq; verſus,
Illius laudi, ſtimulos coaptet,
Semper acutos.
Voce dum terſa, memorat Poloni,
Perſpicax quisquis, ſtudium Quirini,
Celſa maturas, iaciant ariſtas,
Gargara fuſim.

Dum

Dum cruentata, miniatus vnda,
purpurascit vir, cataphractus hostem,
Proterit necdum metuit, per agmen,
Currere ferro.

Marte confundit, medias furenti,
Viribus quamuis, subitis phalanges,
Stringit & manni, pauide mentis,
Ora lupato.

Cuius in laudem, resonante versu,
Palladis clarè, recinent alumni,
Excitent vel trans Rhodopen, sonoro
Orphea plectro.